Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Theologica scholastica (Teil II, 4, 3) - Cod. Ettenheim-Münster 281

[S.l.], [17. Jahrh.]

Proemium

urn:nbn:de:bsz:31-129974

Visual Library

Theologiae Scholasticae 2.dae Partis Principalis Tomi 4.ti Pars 3.tia De Virtute Religionis eiusdemq; Actibus et Vitijs oppositis.

G. R. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

Proemium.

Explicatis ijs quae ad iustitiam stricte dictam pertinent, sequitur ut ut S. Th. de partibus eius potentialibus, id est iisdem, de virtutibus ei ad similitudinem omnes agamus. Partes a. potentiales iustitiae ea dicuntur virtutes quae cum iustitia propria virtute ita conveniunt, ut tamen aliquo modo ab eius recta perfectione deficiant, Conveniunt quidem quatenus et aliquid de..

bitum ad alterum involvunt, ob ea deficiunt
quibus debitum illorum l. est adeo magnum ut
illi non possit satisfieri ad aequalem l. ita est
parvum, ut non inducat obligationem legalem s.
strictam, sed solum moralem, id est, quod non ex ali-
qua speciali legis obligatione ius alteri con-
ferente, sed solum ex honestate virtutis pro-
cedat ita ut nisi illi satisfiat honestas morum
conservari non possit, l. non comode. Prioris
generis sunt, Religio erga Deum, pietas erga
parentes, observantia erga superiores qui nos
gubernat l. idonei sunt ad gubernandum. Hae
siquidem virtutes debitum quidem alteri reddunt
aequale tamen non statuunt, Cum n. quidquid hominis est,
Deo debitum sit, nunquam potest is tantum reddere quantum
debet, aut secundum exactam iustitiae rationem debeat.
Ita et parentibus aequivalens reddi non potest.
Sunt superioribus nos gubernantibus aequale
praemium persolvi non potest. Posterioris generis
virtutes sunt, Gratitudo, Vindicatio, Veri-
tas, Amicitia, s. affabilitas, Liberalitas et
Epiikia s. aequitas. quibus omnibus velut minus
difficilibus certe, minus necessariis omissis de sola
religione tractabimus. Hac tamen ratione, ut ea
quae alibi aut pertractata iam, l. postea per-

tractanda noverimus consulto omissuri hinc
quare Unam hanc de Religione materiam 3bus
Tr. complectemur. primus erit de Religione
sm se, eiusdemque actibus externis et internis.
2dus de statu Religioso. 3. de Vitijs Religi
oni oppositis. Utemur a methodo consueta.

Tractatus 1mus

De Virtute Religionis et eiusdem actibus internis et Externis.

Sectio 1ma

De Virtute Religionis sm se.

Quaestio 1ma

Quid sit Religio et quodnam eius obiectum?

Con: ja. Religio, si Vocis etymon spectes
vel à relegendo dicta est, ut vult Cicero, quod
sit ea, quae ad cultum divinum pertinent aio
revolvenda et relegenda sint. Vel à reeli
gendo ut vult Isid. quod per eam Deum, quem
peccando abiecimus iterum ipsi reeligamus.